Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



22

discipulis suis ad ma
re tyberiadis: manifestauit autem sic. Erant
simul simon petrus
et thomas qui dicitur
didimus et nathanael qui erat a cana
galilee et filij zebedei
: et alij ex discipulis
eius duo. Dicit eis simon petrus. Vado
piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum.
Et exierunt et ascenderunt in nauim et il
la nocte nihil prehendiderunt. Mane autem
facto stetit ihesus in litto
re: non tamen cognouerunt discipuli quia
ihesus est. Dicit ergo
eis ihesus. Pueri: nun
quid pulmentarium
habetis? Respondit ei.
Non. Dixit eis. Mitte
te in dexteram nauigij
rete: et inuenietis.
Miserunt ergo: et iam
non valebant illud
trahere pre multitudine
piscium. Dicit ergo
discipulus ille quem
diligebat ihesus petro.
Dominus est. Simon pe
trus cum audisset quia
dominus est: tunica succin
xit se: erat enim nudus
et misit se in mare.
Alij autem discipuli na
uigio uenerunt. Non
enim longe erant a ter
ra: sed quasi cubitis
ducentis: trahentes
rete piscium. Vt ergo